AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 223
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

& non destruxisse. & in sua uaga tua sententia quaeos damnauerunt
quibusdam qui in ipso schismate fuerunt dilationem dedisse & dixisse.
quodeos non polluerint sacrilegi sur cali maximiani plantaria. Istaergo
causa postea quameorum aures percussit. Expauescentes & perturbati
& oblati. Unde superius contra nos contendebant. continuo dixerunt.
Nec causa causae. nec persona personae praeiudicat. Et confirmauerunt uerbis
suis. quod nos ante ad ecclesiam dicebamus. Quia non solum catholicae
trans marinae. contra quam se confessi sunt non habere quod dicerent.
uerum & iam catholicae africanae quae illi unitatis communione con
iungitur causa & persona ceciliani. qualiscumq: fuisse & praeiudicare
non posse &. Si maximianus quicum caeteris sociis suis primianum
damnauit. sic & iam felicianus qui simul primianum damnauit. &
postea in causa primiani a donati parte damnatus est non praeiudicat
parti donati. cui modo eps sicut antea. fuerat receptus adiungitur.
sic & iam ipsis socis suis maximianus non praeiudicat. quibus isti dilationem
dederunt. Dicentes eos a illo cum quo fuerunt non fuisse pollutos.
quia nec causa causae praeiudicat. nec persona personae. Quid ergo
quaeritis amplius. Mutis quidem uerbis sup fluis gesta onerauerunt.
Et quia non potuerunt efficere ut causa non agerétur. hoc fecerunt
multum loquendo. ut quod ad tum est difficile legerétur. sed debent
uobis & iam istaeorum pauca uerba sufficere. neppe nescio qua nescio
quorum hominum crimina. odertis unitatem catholicae ecclesiae.
Quia sicut ipsi dixerunt. relegerunt. subscribserunt. nec causa causae
praeiudicat. nec persona personae. Nam & ipsa causa ceciliani. quam
licet ad ecclesiae causam non pertinentem. Tamen defendendam
suscepimus. ut & iam ibi calumniae manifestarentur ipsorum.
aptissime uitatsunt. nihil eorum quae in caecilia nu intendebant probare
potuerunt. In sup & iam de criminibus tradtionis nos episcopalia
gesta protulimus. unde recitauimus aliquos eorum episcoporum.
qui sententias in absentem dixerunt caeciliani manifestissimos